14 de Febº de 1425.

1
Sala 1. Leg. 293-89

S.ta Coloma de Farnés.

Precario, ó nuebo Estableim.to de las Carnicerias de S.ta Coloma de Farnés, hecho por la Srã. Juana Muger de M.r Arnao de Vilademany, y de Blanes, Cavall.º como tutora de su hija Ysavel, y como Procuradora de la Srã. Ynes de Vilademany, Viuda del Honorable Ramon de Blanes, á Antonio Olivera, Herrero de dha. Villa.

7

Noverint universi quod Ego Joanna uxor honorabilis
arnaldi de vilademany et de blanes militis tutrix data cons
tituta et assignata persone et bonis Isabelis filie mihi
et dicto honorabili viro meo comunis et a dicto eius patre emanci
pate et de omnibus bonis suis hereditatis de qua tutoria plene
constat publico instrumento facto et firmato per venerabilem pontium
de solano vicarium vallensem pro domino Rege recepto per dis
cretum Jacobum marti notarium et scribam dicte vicarie de
hereditamento vero constat quodam instrumento recepto per discretum
matheum de the[s]eraedo notarium publicum barchinone sexta die
marcij anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo vige
simo secundo procuratrix etiam honorabilis domine agnetis de
vilademany et de blanis uxoris honorabilis Raymundi de bla
nis militis filie mee et insolidum cum dicto arnaldo marito
meo prout de ipsa procuratione plene constat publico instrumento
facto in villa episcopali [illegible] gerunde vicesima octava
die mensis augusti anno a nativitate domini millesimo qua
dringentesimo vicesimo quarto clauso per discretum beren
garium ferrarij castello [illegible] auctoritate Regia
notarium publicum per totam terram et dominationem illustrissimi
domini Regis aragonum nomine etiam meo proprio Ex
certa sciencia nostra quibus supra laudo approbo ratifico et
confirmo ac de novo stabilio et in emphiteosim do et concedo
vobis Antonio Olivera fabro ville et termini sancte
columbe de fermes presenti quandam tabulam carnicerie
quam vos tenuistis et possedistis et adhuc tenetis et possidetis
sub dominio et alodio dictorum meorum principalium in platea
dicte ville sancte columbe de fermes ad censum octo solidorum
anno quolibet solvendorum dictis meis principalibus et su[i]
mihi eorum nomine in festo nativitatis domini. Ulterius
per me et per dictos principales meos stabilio et in emphi
teosim do et concedo vobis dicto Antonio ferrarij fabro
et vestris et quibus volueritis perpetuam totam
illam tabulam carnicerie quam nunc tenet et possidet
franciscus vila carnicerius in dicta platea sancte columbe
sub dominio et alodio dictorum principalium meorum
et mei nomine ipsorum ad censum quinque solidorum anno quolibet
solvendorum in dicto termino sive festo nathalis domini Hanc
itaque laudationem approbationem ratificationem et de novo
stabilitionem de dicta tabula quam a longo tempore citra
tenuistis et tenetis faciatis et prestetis vobis et vestris dictis princi

palibus meis et mihi nomine ipsorum octo solidos In dicto termino sive
festo sub tali etiam conditione et forma quod dictam tabulam quam
vobis stabilio quamque tenet dictus franciscus Vila ipsam teneat
et possideat toto tempore vite sue naturalis prout tenuit et pos
sedit ad dictum censum quinque solidorum pro ipsa anno quolibet sol
vendorum dictis meis principalibus et ipso defuncto dicta tabula
quam idem franciscus possidet sit vestra et vestrorum et quod vos et vestri
in ipsa tabula successores solvatis et solvere teneamini
pro ipsa tabula dictos quinque solidos annuales censuales
et perpetuales dictis meis principalibus in dicto termino sive
festo michaelis domini Item dono vobis licentiam quod vos dictus
Antonius oliver possitis claudere dictam vestram tabulam
carnicerie et facere ianuas et claves in eadem et refrigerare et
congregare illamque depictus congregare et reservare volueritis
et post mortem dicti francisci Vila possitis et valeatis recipe
re et possidere illam quam nunc dictus franciscus possidet tabulam
et claudere eam si claudere volueritis et construere et facere ianuas
et claves pro conservatione carnium vestrarum prout vobis placue
rit Et quod nullus carnifex possit de cetero uti officio carnicerie
in dicta platea nec in toto termino castri et ville predicte de
ferrers nisi de vestri et vestrorum processerit voluntate et ipsos conse[n]ti
re volueritis Et quod vos et vestri in dictis tabulis successores
possitis matare carnes illas quas volueritis et ex
[illegible] o [illegible] in dicta platea sancte columbe de ferrers
et alibi infra eundem terminum et ad faciendum totum id quicquid
officio de carniceriis [illegible] et requirit decreto a me
nec a dictis meis principalibus nec eorum successoribus licentia
nunquam petita nec obtenta quam nunc pro tunc et ex nunc et ex
tunc ego eodem nomine vobis licentiam et plenissimam facul
tatem dono et confero cum pacto et nullum alium censum seu
servitutem vos nec vestri in predictis tabulis successores facere
non teneamini nisi pro ipsa vestra tabula quam nunc pos
sidetis dictos octo solidos et pro alia tabula cum ad manus
vestras venerit post mortem dicti francisci dictos quinque solidos
annuales in dicto termino sive festo Et nullum alium dominum
seu dominos non [illegible] vos nec vestri in predictis tabulis
successores nisi dictos meos principales et eorum heredes et
successores liceatque vobis et vestris post dei triginta ex quo
in me dicto nomine et dictis meis principalibus et eorum successoribus
fatigati fueritis predictas tabulas quas vobis stabilio et in
emphiteosim do concedo et ratifico atque confirmo vendere impig
norare et aliter alienare vestris tamen consimilibus et vestrorum censum
dicto dictorum octo et quinque solidorum mihi dicto nomine et dictis meis
principalibus et suorum quorum et alodium semper salvis
pro quo vero laudatione approbatione ratificatione et de
novo stabilitione et in emphiteosim confirmatione dictis

GOBIERNO DE ARAGON

et solvistis mihi dicto nomine recipienti ad meam voluntatem
terdecim libras, et quindecim solidos monete bar. de terno
et ideo renuncio exceptioni pecunie predicte non numerate
et dicte summe non recepte et dolo malo et actioni in factum
et convenio et promitto quod ego eodem nomine et dicti mei principales
et eorum in predictis successores predicta que vobis facimus
sub modis et formis superius expressatis faciemus vos et vestros
in predictis successores facere tenere et possidere imper
petuum contra omnes personas et quod tenebimur vobis et vestris
de firma et legali evictione et legitima deffensione litis
alterum et [illegible] predictis omnibus et singulis sic complendis
et firmiter attendendis obligo vobis [illegible] omnes et omnia
meorum principalium et cuiuslibet eorum et etiam bona mea mo
bilia et immobilia et iura, universa ubique sunt vel fuerint
habita et habenda Renuncio quo ad hec legi dicenti quod qui
factum promittit solvendo interesse a promissione liberatur
et omni alii iuri sic obviantis Ad hec Ego dictus Antonius
olivera accepans predicta omnia et singula convenio et
promitto vobis dicto honor domine Joanne de viladamany
et deblanes quod quamdiu dictas tabulas ego et mei tenebi
mus dabimus et solvemus predictam quantitatem in dicto
termino sub pena [illegible] bonorum meorum omnium obligatione
Actum est hoc in villa caldarum de montebuino decima
[illegible] die [illegible] anno a nativitate domini millesimo
quadringentesimo [illegible] Signum [illegible] Sig+num
many predicte que dicto nomine predicto laudo et firmo Sig+num
Antonij olivera predicti qui hec concedo laudo et firmo et ingi
timo. Ita aprobo ego notarius infrascriptus manu propria
Testes huius Reisuc [illegible] de madeu Raymundus cases parator termi
ville sancte columbe de farners predicti et Joannes [illegible] parator sancti [illegible]
civitatis gerunde



Sig+num meum Jacobi Bruguera auctoritate Regia ac [illegible]
domini archidiaconi vallem notarij publici ville cal
darum de montebuino dioc. bar. Regentis scribaniam
publicam dicte ville pro herede seu successore mag.
Ludovici oruols quondam mercatoris dicte ville domini vel
et proprietarij ipsius scribanie qui huiusmodi instrum
inter scripturas publicas dicte scribanie de tempor
discreti petri claverij tunc dictam scribaniam regen
sub dicto calendario inventum notatum et iam
alias in meum dum redactum iterum in hanc for
mam Redigens manu mea scripsi Rogatus
et requisitus clausi die nona decembris [illegible]
xxv. vigore mandati

[illegible] Recepi pro [illegible] viginta soli
et solui etiam viginti solidos pro
dato — [illegible] bruguera

GOBIERNO DE ARAGON

5

Establiment de la Carniceria de S^{ta} Coloma de Farnes

GOBIERNO DE ARAGON